Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41388
Copyright: Melk, Benediktinerstift



paucorum est ista virtus. Ideo suademus istis
diebus quadragesime omni puritate vitam
suam custodire. Omnes pariter necligen
cias aliorum temporum. hijs diebus sanctis di
luere. Quod tunc digne fit. si ab omnibus
vicijs temperemus. Oracioni cum fle
tibus lectioni et compunctioni cordis atque
abstinencie operam demus. Ergo hijs
diebus augeamus nobis aliquid ad soli
tum pensum servitutis nostre. Orationes pe
culiares. ciborum et potus abstinenciam.
Ut unusquisque super mensuram sibi in
dictam aliquid propria voluntate cum
gaudio sancti spiritus offerat deo. Idest
subtrahat corpori suo. de cibo de potu
de somno. de loquacitate. de scurrilitate.
Et cum spiritalis desiderij gaudio sanctum
pascha expectet. Hoc ipsum tamen quod unus
quisque offert. abbati suo suggerat. et cum
eius fiat voluntate. Quia quod sine per
missione patris spiritalis fit. presump
cioni deputabitur et vane glorie non mer
cedi. Ergo cum voluntate abbatis omnia
agenda sunt. De fratribus qui longe ab
oratorio laborant aut in via sunt.

Fratres qui omnino longe sunt in labore. et non
possunt occurrere hora competen
ti ad monasterium. et abbas hoc perpendit

orone et

Jo.